



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Tractatus De Brevissima Ad Perfectionem Via, hoc est De
Perenni Divinæ Voluntatis Intentione, Executione,
Apprehensione**

Družbicki, Kaspar

Coloniae, 1723

Caput Pròæmiale & I. Prefectio in quo consistat? quid requirat? quàm varia
ad illam tendentium genera?

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55395](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55395)



CAPUT

Præoemiale & I.

*Perfectio in quo consistat? quid
requirat? quàm varia ad
illam tendentium ge-
nera?*



Perfectio Christiana veraque r.
Sanctitas consistit in unione
cum DEO, omnis perfecti-
onis atque Sanctitatis fonte,
principe, largitore: quæ
unio sicut potest esse major,
& minor, & maxima, ita
potest esse perfectio major, minor, maxima.
Quemadmodum enim nihil bonum est nisi
DEUS, vel quod à DEO est, in tantumque
omnia sunt aut bona aut optima, in quantum
à DEI multum plurimumque bonitate partici-
pant, (sicut etiam in tantum aliqua sunt mala
aut pessima, in quantum plus aut penitus, am-
pliusque à Divinâ bonitate recedunt) nihil
quoque perfectum est, nisi vel DEUS, vel quod
de Divina perfectione communicat, sive illi
unitur; in tantumque omnia sunt, aut perfecta,

A

aut

aut perfectissima, in quantum ad DEI perfectionem plene aut plenissimè accedunt, & illi adjunguntur.

2. Undè fit, ut omnes illi, quicunque ad consecrationem perfectionis vocantur, vocentur continuò ad consecrationem Divinæ Unionis. Et quia Divina Unio supponit, & prærequirit, necessariò, accessum perfectionemque ad DEum, ideò ne cesse est, volentem DEO uniri, ad DEum accedere, atque proficisci: profectio porro ista requirit viam; quare festinanti ad unionem DEI, opus est cognitione viæ ad eam unionem ducentis. Atque hîc Rhodus est & saltus, pro Sanctitatis perfectionisque, ac unionis divinæ Professoribus, & sectatoribus. Sæpe enim quibus benè velle non deficit, benè ire valdè deficere consuevit, fitque ut (multùm miserando eventu) multi qui bonum finem habere videbantur, errore viæ decepti, ad malum deveniant terminum. Alii non malam quidem ingressi viam, longam tamen, & anfractibus, mæ andrisque impertinentibus plenam, priùs ad mortem, quam ad metam pertingant; rarissimi verò brevem & tutam adepti viam, curriculo & quasi compendio ad destinatum optatumque perfectionis & unionis divinæ pertingant scopum.

CAPUT. II.

Cur multi, quanquam perfectionis studium professi, eam tamen non assequantur?

3 **A**C mihi quidem, hanc quærentium perfectionem